Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ezechiel

vant rote s: et ipse nunc cant. Stantibus
illis stabant: et cum elevatis elevabantur. Spe eum intra eat in eis. Et
ecce gloria domini israel stabat in templo: et stetit super cherubim. Et ele
vata sunt cherubim alas suas. Exal
tata sunt a terra coram me. Et illis
egredientibus rote quoque subsecute sunt.
Et stetit in introitu porte domus do
mini orientalis: et gloria dei israel erat super
ea. Ipse est animal quod vidi subter
deum israel iuxta flumen chobar: et in
tellexi quia cherubim essent quatuor
milium. et quatuor alae unum: et
similitudo manus hominis sub alis
eorum. Et similitudo multitudinis eorum
similis quos videram iuxta flumen
chobar: et uniuscuiusque eorum singu
lorum impetus ante faciem suam in
gredi. Capitulum. xi.

Et elevavit me spiritus: et in
troduxit me ad portam
domus dei orientalem que
respicit solis ortum. Et ecce in introi
tu porte. xxv. viri. Et vidi in medio
eorum iezoniam filium azur: et
pelatiam filium banaye principes
populi: dixitque ad me. Fili hominis.
hi viri qui cogitant iniquitatem.
et tractant consilium pessimum in
urbe ista dicentes. Nonne vicinum
edificate sunt domus: hec est celes:
nos autem carnes. Idcirco vaticina
re de eis. Vaticinare fili hominis.
Et irruit in me spiritus domini: et dixit
ad me. loquere. Hec dicit dominus.
Sic locuti estis domus israel: et cogi
tationes cordis vestri ego novi. Plu
ros occidistis in urbe hac: et im
pletis vias eius interfectis. Propte
a hec dicit dominus deus. Interfec
ti viri quos posuistis in medio eius.
hi sunt carnes: et hec est celes. Ed
cam vos de medio eius. Gladium
timetis: et gladium inducam super
vos ait dominus deus. Et eiiam
vos de medio eius. dabo vos in
manus hostium: et faciam in vobis
iudicia. gladio cadetis in finibus is
rahel iudicabo vos: et scietis quia
ego dominus. Hec non erit vobis
in esceam: et vos non eritis in me
dio eius carnes in finibus israhel
iudicabo vos: et scietis quia ego
dominus. Quia in preceptis meis
non ambulastis: et iudicia mea
non fecistis: sed iuxta iudicia gen
tium que circumiacent vobis fecistis
hoc. Et factum est cum prophetarem.
pelatias filius banaye mortuus est.
Et cecidi in faciem meam clamans
voce magna: et dixi. Heu. heu. heu.
domine deus: numquid consumationem tu facis
reliquias israhel. Et factum est sermo
domini ad me dicens. Fili hominis.
fratres tui. fratres tui viri propinqui tui: et
omnis domus israhel: universi quos
dixerunt habitatores iherusalem. longe re
cedite a domino: nobis data est terra
in possessionem. Propterea hec dicit dominus deus.
Quia longe feci eos in gentibus: et
disperdi eos in terris: ero eis in sanctuario
em modicum in terris ad quas venie
runt. Propterea loquere. hec dicit dominus deus.
Congregabo vos de populis: et adunabo
vos de terris quibus dispersi estis: da
bo vobis iudaeam israel. Et ingredie
ntur illuc: et auferent omnes offensiones.
eius et abominationes eius de
illa. Et dabo eis cor unum: et spiritum no
vum tribuam in visceribus eorum. Et auferam
cor lapideum de carne eorum: et da
bo eis cor carneum. ut in preceptis me